

4894 inter Trebulae rudera ante coenobium Sanctae Mariae PP. Franciscanorum FABR. Ibidem adhuc sub crucifixo.

AVRELIAE · CRESCENTIAE HONESTISSIMAE
ET · PVDICISSIMAE · FEMINE · PATRO
COIVGI · AVRELI · FELICISSIMI · PRO
5 } · E · V · PATRONI · MVNICIPII · TREBVLAN
MVT · OB · MERITA · ET · BENEFICIA · SAEPE
IN SE · CONLATA · STATVAM · PONENDAM
IDEM · TRICLINIARES · DECREVE
RVNT
10 DEDICATA NATALI · DIE · XVII · KAL · FEB
ARRIANO · ET · PAPO · COS ·
L · D · D · D

p. C. 243

Recognovit Stevenson. Fabretti 699, 210; Chaupy *maison d'Horace* 3, 94 (inde Sperandio Sab. p. 344; Guattani *mon. Sab.* 3, 89); Amaduzzi ms. Savign.; descripserunt Nissen et Helbig. Henzen n. 7207.

Pessimos errores Sperandii et supplementa tacita Fabrettii non rettuli. — 3 PVDICISSIMAE · FOEMINAE Fabr. — PATRO] CARE Chaupy. — 4 CONIVGI Fabr. — 5 in. } Stev., } Helbig, omittunt reliqui; puto fuisse *proximi*. — 6 OB^E lapis, sed E addita est manu novicia. — BENEFICIA Nissen Stev., BENEFICIA reliqui. — 7 in. } Nissen Helbig, } Stev. — 8 IDEM idonei auctores omnes, EIDEM Fabr. — 10 XVI · KAL Fabr.

Quae cum tricliniaribus his composuit Marinius Arv. p. 535, ab iis cavendum est; recentis enim doctrinae est, non antiquum testimonium quam ex Onomastico quod dicitur p. 187 Labb. affert glossam *triclinarius κατακοιμαστής*, titulus autem quem allegat Henzeni n. 6367 liberti Augusti *triclinarii ex dec(uriis) III* Gallettianus est sine dubio ficticius. Mihi similiter atque Viscontio (*op. var.* 2 p. 59 ed. Mediol.) *tricliniares* intellegendi videntur de collegio aliquo, quod Trebulae in tricliniis publice epularetur. *Idem* additur ni fallor propterea quod collegium illud pariter atque Anagninum vol. X n. 5917. 5918 duobus coniugibus simul statuas posuit, eamque ipsam ob causam in hac mulieri posita collegii nomen enuntiare supersederunt.

4895 colonne qui sert de barrière devant une maison de Monteleone CHAUPY.

P · MVMMIVS · L · F
T · VIR · TEST . . .
EX · SVMPTV · APVLIAE . . .
DE · CONSCRIPTVM · SENTENTIA · P · C

Servavit Chaupy *maison d'Horace* 3, 95.

Versus continuantur. — 2 fortasse OCT · VIR.

4896 Trebiani (Tivoli BRVN.) apud sanctae Victoriae BRVN. MET. similiterque posteriores, nell' ultimo pilastro della nave sinistra STEVENSON.

T · PETIDIO · T · F
FAB · CESSINO
VIII · VIRO · AEDILICIAE
POTESTATIS · VIII · VIR · II ·
5 FANOR · VIII · III AERARI
ADLECTO · SVpra NVMER
SEVIRVM · AVGVSTALIVM
PLEPS · TREBVLANA
OB MERITA · EIVS
10 L · D · D · D

Descripsit nobis Helbig, recognovit Stevenson. Brunelleschi cod. Maruc. A. 78. 1 (inde Metellus cod. Vat. 6040 f. 49); Ligorius cod. Sabinensi Manutii f. 7=101 (inde Manutius orth. 187, 12), Neap. l. 36 p. 371 (inde Panvinius cod. Vat. 6036 f. 45, Rom. p. 505. 605; Grut. 449, 1 ex Manutio et Panvinio), Taur. vol. 13 s. v. Petidia, vol. 17 s. v. tribu Fabia et Trebula Mutusta, vol. 26; Mar. Victorius ant. Reat. f. 61 (inde opinor, non

de visu Holstenius cod. Dresd. F 193 f. 22); Fabretti 401, 297 qui vidit; Sperandio Sabina p. 344; Chaupy *maison d'Horace* 3, 94; Amaduzzi ms. Savign.; Martelli Sic. n. 80; Guattani *mon. Sab.* 3, 88; Fossatius descripsit Sartio. Orelli 3963.

Variam lectionem dedi Brunelleschii Ligorii (Sab.) Fabrettii Fossatii Helbigii Stevensonii. — 2 FABIA FOSS. — 5 FANORVM FOSS. — VIII] VIII VIRO FOSS. — 6 NVMERVM FOSS. — 8 TREBVLIANA FOSS. — Ligorii exemplum primitivum cum plane emendatum sit (et ita id repetiit Manutius), postea in Sabinensi 3 ex AEDILICIAE factum est AEDIL · PLAEB, idque redit in Neap. et (sed PLEB) apud Panv. et in Taur. tribus locis, quarto (s. v. Petidia) vera lectio AEDILICIAE remansit. — Ab hac profectus Ligorius commentus est n. 415*, Gutenstenius Interamnatem (Grut. 451, 4), cuius principium huius v. 1—7 fere respondet, sequuntur haec: | | PATRONO | OB · INSIGNIA · EIVS · MERITA | VNIVERSA · PLEBS | INTERAMNAT

4897 ad Monteleone in S. Victoriae in turri campanaria.

C · PLAETORIVS
FLORI · L
P H A E D I M V S
VI · VIR · AVG
5 M · VALERIO · THEODORO
FRATRI
C · CARIHO · LIBERTO
ET · SVIS · FECIT
ATTALIDI · L · ALCIMO · L
10 PRIMO · L · RESTITVTO · L
C · PLAETORIO · C · LIB · LVPERCO
VIII · VIR
C · PAPIRIO · C · F · SER · SEVERO
ET C · ANNIO NIFICIMIO AVG

Stevenson recognovit. Praeterea tria exempla habui Ligorii in Sabinensi Manutii f. 2' = 96' et Taur. 17 s. v. Trebula Mutusta, Nissen, amici Helbigii.

Variam lectionem subieci Ligorii integram. — 5 VALERIO Lig. — 6 PATRI Lig. — 7 CARISS · LIBERTIS (LIBERTVS Taur.) Lig., C · ARIIHIOTI · BERIO Nissen, CAR///LIBETO (sic) Helbig. — 9 ATTALIDI · L Nissen Helbig Stev., omittit in hiatu Lig. (Sab.), APTAE · KL · RTI Lig. (Taur.). — 10 PRIMO · INSTITVTO Lig. — 11 C · LIB · LVPERCO Stev., C Lig. (Sab.), L Lig. (Taur.). — in 12 finit Helbig. — 13 SEVIRO Lig. (Sab.). — 14 sic Stevenson, ET · C · ANNIO//////O Nissen, OPTIMO Lig.

Cf. n. 4909.

4898 Monteleone in fronte aedium quarundam in via del Castello.

Q · I · I
C R V S T I
OB · DEDICATIONE^m et
EPVLVM POPV^{lo} dedit
5 C · VIPSTANO APRON^{niano}

Recognovit Stevenson descriptam a Nissen.

2 fortasse *crust[ulum et mulsum]*. — 5 C/VII/STANO Stev., VI/PANQ Nissen. — Consul est aut a. 59 aut fortasse a. 117.

4899 cippus. Ad Monteleone ante ecclesiam S. Victoriae.

CVR AG · CN · TITINIO · SVCCESO
ET · C COELIO · FORTVNATO
patera

Recognovit Stevenson descriptam a Nissen et Riccio.

Titulus in latere cippi scriptus fuit, non in antica.